



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Prosodia In Vocabularium Bilingue, Latinum, Et  
Lusitanum, Digesta, In Qua Dictionum Significatio, Et  
Syllabarum Quantitas Expenditur**

**Pereira, Bento**

**Eborae, 1732**

Eborensis Academia Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60012)



# EBORENSIS ACADEMIA AD LECTOREM.

817951  
06  
FÜL  
1228(9)



ANDEM aliquando in lucem edimus, Amice Lector, luce dignissimam, & omnium oculis, ac manibus, Eboresis Academiae Profodiam, Auctore R. P. Doctore Benedicto Pireyra Societatis JESU, nunc in hac Eboresis Academiae typographia primò excussam, elaboratam denuo opere, & industria Professorum Humanioris Literaturae ejusdem Academiae, l. cupletatam, correctam, & ad unguem castigatam, foveas antea in lucem editam peregrinis, et imperitis typographis, infinitis prope modum mendis resperam, expurgatò jam sordidò vultu, & (ut aiunt) luctulento, exutaque errorum, in quos fœdè adeo irrepleat, tenebrosà larva, ut quasi ex luto

aurum, ex fumo lucem dare queat, & in primævam faciem revocari. Id, scilicet, in causâ fuit, quoniâ, ut omnium Scientiarum amatoribus, de literaria republica optimè meritis, morem gerere possimus, & omnium vota excolere in opere tandiu sitientibus votis, expectito, primus labor, & cura fuit, collapsam pece Profodiam instaurare, solæ excepta num tabo putidam, agram praelis, effretâ punctulis, jejunam cō natibus, enervè lineis, hebetem stultis, inexhauste marginalium errorum numero ultra numerum exhaustam, exanimem quàm plurimis characteribus, decolorem atramento, luctu votam lituris, & papyro plusquam luctuosam, dejectam auctoritate syllabarum, utriusque exemplorum Poetarum, morbidam generibus, corruptam præteritis, truncatam non semel orationum mole, strangulatam Alphabeticò ordine millies inverto, & mutilam in omnibus ex integro redintegrare; tandem senio confectam inter barbariam reducere ad cultam juventam, & longissimo solæcismorum maudico veluti sepulchram ad vitam evocare. En habes morientem Phœnicem è typographiæ laborum flammis reviviscentè, & senescentè Aquilam post retroactum tot annorum vicissitudinem juvenescentem, habes, inquam, annosam Profodiam, notâ, an ignotâ, nonjam senescentem, sed juvenilè, non sine elegantia, & liberali facie, regio cultu ad majestatem composita; in qua, ut oculis obviù sit, non sumptibus peperimus, nec laboribus, dum è Togari, Palliatiq; sermonis penam, à Latinis, scilicet, Latinogracis, Latinobarbaris, Criticis, Antiquariis, Theauris, Lexicis, Onomasticis, Glossariis, Chemicis, tam à Matheos, utriusq; Jurisprudentiæ, Medicinæ, & aliarum sciètiarum cultoribus, intersitis denuò circiter quatuor supra viginti vocabulorum millia, quæ ad Arithmeticæ tractatam, & veritatis (sive præste) diuturno labore reavimus; quibus si non prorsus denudatâ, inopè certè circû vestimus operosam magis, quàm Logos adalâ Profodiæ structurâ, non jam ob typographorù desidè impartiam in numero vitiorù numero ( ut hætenus ) sordescentè, non mordacibus calamis ( ut spero ) non dentibus, non unguibus pro tua, quâ Lector polles, aureâ genii, & ingenii comitate exulcerandâ; imò potius voluptuosè leges, & releges ut Cleonæa lucernâ redolentè, in lima non semel, atq; iterùm non lavigatâ, non censoriâ virgâ non castigatâ, cedrò digniorè, & aurò, aureisq; typographiæ characteribus in aurum incidendâ. Cæteris parco, sapienti dictum, Si plura vult, ulterius per se peccare de hære prologi, quod tibi Profodiæ Auctò verò sibiulo fuimet primigenii operis adamus in præfixis; quod lubet etiam hic subtexere, ne vel latù unguem ab Auctore desciscam in sui operis condimento; tum ne fortè hujusmodi opus alienum putes, cum alieno utimur paludamento; tum quò exordium exordio ( id est ) prima mediis, & mediis supremis ex æquo respondeant. Quod ad nos est antiloquiâ, satis, superque: quoad suum & Profodiæ, & Auctoris prologum, eo verbo ad verbum transcriptù tibi planè, ac plene ex integro subjicio.

## AUCTORIS PROLOGUS.

**H**abes tandem, Candide Lector, Profodiam ad optatù exitù perductam, opus, nempe, votis doctissimorù omnium multis à hinc annis expectitum, quod in singulis dictionibus primas, & medias syllabas expendit. Operæ pretiù etiâ dixi fore, si in Vocabularium digererem omnes Latinas dictiones, & sermone vernaculo (quod me lassavit non mediocenter) explanarè. Duo inter alia me præterim ad susceptum munus laborè impulerè: alterù, meorù superiorù injuncta mandata, additis precibus alteri, necessitas, & utilitas operis à literaria republica adeo desideriti, ut inter omnes Europæ gentes syllabarum quantitatè nullus hætenus comprehenderit; & Lusitanis eâ penuriâ vocabulariù laboraverint, ut solùm pene habuerint Hieronymi Cardoto: qui si collegit viginti duo millia centù, & sexaginta septè vocabulorù; meù opus continet prope quinquaginta millia. Omnes igitur industriæ contendi nervos, ut tantæ calamitati opè fererè; nullis diurnis, & nocturnis tēparis laboribus peperci. Me adeo volvendis, & devorandis libris addixi, ut omnia dictionaria Latine linguæ, Theauri, Calepinù, Vocabulariù Ecclesiasticù, Medicorù, utriusq; Juris, alia etiâ privatis nationibus, Gallis, nempe, Italis, Britannis, Hispanis, Lusitanis æccommoda perlegerim; omnes præterea libros, qui agunt de syllabarù quantitatè, videlicet, nostrum Emmanuelè, Despauteriù, Nebrissim, Theauri Poeticum, Textorem, Velelii manuscripta, & alios percurrerim; denique omnes Poetas antiquos, & aliquos Recentiores clarioris nominis, quos maximâ industria invenire potui, ab initio usque ad finem diligenti animâ ad versioe exiverim. Unde Theauris linguæ Latine, quos recentiores duxi, prope quinquies mille vocabulorù tum ex Collectoribus, tum ex Auctoribus desumpta superaddidi. Dicitis omnibus in hac recentè editione duodecim millia adjecti. Si ad quantitatis aliquarù dictionù ab usu longè abhorrentiù expendendâ, fortè desinit Poetæ testimoniù, derivatio, compositio, vel characteres Græci, & Hebraici, quæ omnia solum nam stabilendis syllabis vim suppeditant, quasdâ ad huc generales fixi leges, quæ ex diuturno usu, & doctissimis viris hausi. Tandè si omnia prædicta desiderabantur, vix propter vocabulorum barbariam, vel etiam ob novitatem, consule de singulis vocibus viros doctissimos, quorù auctoritatè magni faciebâ. Quare in re tam ardua, & perdifficili omne adhibui consiliù, què mea excogitavit industria; & nullus fuit, neq; tantâ sapientiâ peccatus, neq; tantâ rutilicite incultus, cuius sententiâ de re poetica, aut fabrilium postulare. Meis ergo Candide Lector, si vere laboribus; & si quæ mala errorù gramina intertantâ segretè eruperent, tuæ eruditionis siccè amput., dummodo in levioribus delictis connives.

CATA